

h. 118, 37  
(1)

2




MEMORABILIA  
QVAEDAM  
SALFELDIAE CIVITATIS  
RECENSET  
ET  
SIMVL  
AD  
ORATIONES V.  
A. D. IX. MAII  
AVDIENDAS  
EXCELLENTISSIMOS  
AC  
SPECTATISSIMOS  
INSPECTORES  
PATRONOS  
ATQVE  
FAVTORES  
INVITAT  
IO. MELCHIOR LOCHMAN  
RECTOR.  
SALFELDIAE, LITTERIS WIEDEMANIANIS

H. Seest. Gomelij.



MENOR DILIT  
SCHOLIA  
SUTTIDIE CIVITATIS  
RENTI  
CUM  
OCTOBRIS A  
EXCHI  
LIBRORUM  
SOCIETATIS  
PONICKAVIANA  
TATORES  
IO. MERCINUS LOCHMAN  
SALVATORIS  
LITTERIS WILHELMIANIS



um non semper colunt litteras, qui condunt  
vrbes, ipsaque harum primordia non tanti  
sunt, vt homines ad scribendi studia inui-  
tent: Nemini profecto mirum videli debet,  
paucas omnino esse vrbes, quarum origines  
sat certas prodiderunt scriptores. Quia ta-  
men, qui dant earum descriptiones, non solum nihil praec-  
teriisse, sed et, quae quisque ignorat, se scire videri volunt:  
Inde tot commenta, tot aniles fabulae, quibus recte pru-  
dentes fidem suam denegant. Nemo enim sibi cum Wag-  
ner

A n

nern

nero persuadebit, Salam Arphachsadi nepotem dedisse ortum Salfeldiae; aut cum Libio in Salfeldiographia confentiet, qui Merwigium Francorum ac Thuringorum regem prima ciuitatis nostrae fundamenta iecisse arbitratus est. Satius igitur putamus in memorabilibus Salfeldiae recensendis, potissimum in rebus longe a nostra aetate remotis, preesse vestigia sequi scriptorum vetustorum, et quae notatu non plane indigna vila fuerint, secundum annorum ordinem in conspectu quodam proponere. Primus, qui Salfeldiae mentionem facere videtur, Luitprandus est, Ticinensem primo diaconus, deinde Cremonensem episcopus; Is in historia de rebus suo tempore per Europam gestis 10CCCCXXXIX. Salfeldiae conuiuum parasse Henricum, atque contra Ottoneum fratrem noua esse molitum commemorat. L. IV. C. XI. Cui adstipulatur Wittichindus L. II. Annal. et Alb. Kranz in Saxonia sua L. III. C. XVI.

xx

Marianus Scotus quidem iam ad annum 10CCCLVI. Ludouici filios hic conuenisse, et de regno paterno partiendo iniisse consilia, narrat; sed quia Regino in loco, qui dicitur Saulifeld, id accidisse refert, et Annales Fuldenses, loco conuentionis praetermissio, pagum modo Reciensem commemorant, iure dubitatur an Salfeldia nostra intelligi debeat.

### 10CCCCLII.

Ludolphus Ottonis Magni filius, alterum patris cum Adelheida matrimonium grauatus, relicta Italia Salfeldiam petiit; ubi aliquandiu commoratus est, prauaque consilia contra patrem agitauit.

Hinc Regino in Pistor. Scriptor. rer. germ. p. 106. *Ludolphus dux, inquit, de Italia revertens, regio ambitu natalem Domini in Salfeld*

Salfeldi celebravit, ubi Fridericum Archiepiscopum omnesque, qui in promtu erant, regni maiores secum detinuit. Quod conuiuium iam multis spiciosum coepit baberi, et plus ibi destructionis quam utilitatis ferebatur tractari.

## 1500CLIV.

Ottoni, Salfeldiae ex venatione oblectamenta capienti, Ludolphus filius supplex factus, delictorum veniam petiit, et obtinuit. vid. Struens Reichs Histor. p. 185. et, quem ibi citat, Gerardum in vita S. Vdalrici C. XII. §. 41.

## CIXI.

Henricus II. Etzoni Comiti Palatino muneribus delinendo, praeter S. Suitberdi in Rheno insulam, atque Duisburgum, etiam Salfeldiam cum libera ad posteros eam transmittendi potestate concessit. v. Trithemius in Chron. Hirsaugensi. ad ann. 1011.

## CIXXXXV.

Richeza, Etzonis filia, Miesconis f. Miesconis Sarmatarum regis vidua ad Ottонem fratrem cum Casimiro filio magna que opum vi profugit, Salfeldiamque non dono, ut nonnulli putant, accepisse, sed potius emissę videtur. Casimirus in Gallia sacris initiatius, aegre tandem Sarmatis, qui mutata sententia sibi eum postea in regem expetebant, sacramento per Bened. IX. pontificem solutus, traditus est. Guagnini in descriptione Sarmatiae, Mortuo Miescone, inquit, multae contiouerfiae circa electionem principis exortae sunt. Quidam enim ad Casimirum filium eius sceptra deferenda volebant; caeteri vero timentes ne mores paternos peruersos sequeretur, huic sententiae acerrime repugnabant. Tandem regina Miesconis regis relicta, videns se a Polonis spretam ad fratrem Caesarem in Saxoniam accepto Casimiro filio coronaque regni et ingentibus thesauris

*regalibus sublatis, profecta est. Interim filium Casimirum studendi gratia  
Parisos misit, etc. p. II.*

## CLOLVI.

Richeza Salfeldiam, exceptis, dum viueret, redditibus, potestati Annonis Archiepiscopi Coloniensis subiecit. Auctor Magni Chron. Belgic de Annone haec: *Allodium illud celeberrimum, quod Saleueld dicitur, in confinio Thuringiae situm, Episcopio adiecit.* ap. Pistor. P. III. p. 124. De redditibus diploma in Hoenn. Histor. Coburg. P. II. p. 5.

## CLOLXXI.

Idem Archiepiscopus, expulsis Canonicis, monachos praceptoribus Benedicti obtemperantes Sigebergo atque Pantaleone huc euocauit. Lamb. Schafnab. ap. Pistor. P. I. p. 349. et 399. *Tres congregations monachorum, inquit, diversis in locis ex suo construxit, unam in monte, qui a praeterfluente fluo cognominatur Sigeberg, aliam in regione Selauorum, in loco, qui dicitur Salefels, tertiam in regione Westphaal, in loco qui dicitur Grascas, quas omnes et augustinis aedificiis excoluit, et exquisitissimis ecclesiae ornamentis illustrauit, et amplissimis atque in multorum fratrum usus sufficientibus praediis locupletauit.* Idem docent Marian. Scot. p. 655. Compil. Chron. p. 1093. Aut Histor. de Landgr. Thuring. p. 1309, et Magnum Chron. Belgic. P. III. p. 124.

## CLOLXXVI.

Henricus IV. cum Ottone duce Boariae de sua et reipublicae salute consilia hic agitare decreuit. v. Lamb. Schafnab. p. 410. 411.

## CLOCXXVI.

Honorius pontif. max. litteris ad Waltherum abbatem Salfeldensem datis paroeciarum, ex quibus potissimum Neuenho-

enhofen, Crolip et Schada commemorantur, nec non villarum Scheuerfeld, Sigmansdorf, Coburg aliorumque bonorum possessionem confirmavit. v. Hoenn. l.c. p. 10.

## CICCLXXXVIII.

Ottone et Philippo de summa imperii decertantibus, Hermannus Thuringiae Landgrafus ab illius partibus primum stetisse videtur, vid. Chron. Sanpetrin. ap. Mencken. T. III. p. 233. vbi res omnis his verbis refertur: *Hoc anno duus Suevorum Philip-  
pus frater Henrici imperatoris collectis in unum principibus in loco, qui  
dicitur Ueberibusen (Icktershausen) in Thuringia — electus est in  
regem. Post duos menses Adolfs Coloniensis Archiepiscopas Ottонem un-  
xit in regem. — Hoc anno circa festum S. Jacobi — a trans-  
marinis partibus reuersus est Hermannus Landgravius Thuringiae, qui  
se paucis transactis diebus Ottoni regi iuramento et hominio confrinxit.  
Vnde regiam villam Northusen circa festum omnium SS. cum exercitu ob-  
sessam post sex hebdomadas plurimorum damno in deditioinem accepit, Sal-  
feldt quoque regiam villam ante Natale Domini vastauit.*

## CICCLXXXIX.

Hermannus, reprobato Ottone, Philippi partibus se adiunxit, tradita sibi in feudum Salfeldia. Idem auctor, hoc anno inquit, in assumptione S. Mariae Hermannus, Thuringiae Landgravius — accepit in beneficio regias villas Northusen, Mulebusen, Salfeldt cum finibus Orlan et castrum Rbanis. p. 234.

## CICCCII.

Hermannus hortatu Innocentii pontif. vt ex Chron. Montis Sereni appetat, cum Ottone in gratiam rediit; vnde sequenti

sequenti anno Philippus rex admodum offensus Thuringiam et praecipue, quae fuerunt sub Landgrafi potestate crudeliter vastauit.

C<sub>I</sub>CCIV.

Philippus rex denuo Thuringiam inuasit, et in ea Salfeldiam misere diripiuit. v. l. c. Rex Philippus collectito denuo exercitu magno Bauarorum — Sorabiorum — Thuringiam ingressus, auxilium ipsi ferentibus comitibus Gunthero et Heinrico de Schwarzburg et Comite Lamberto de Glicben et Erphordensibus omnem regionem tempore messis ferro et igne crudeliter vastauit. Castrum Wicense VI. septimanis objedit, nec tamen cepit. His diebus rex Bohemicus — venit per fines regiae villae Satueldt et Orlan cupiens configere cum rege Philippo, missis exploratoribus, diffusis de viribus suorum, vastatis omnibus, in pago Langevive et Ilmin intempesta nocte cum suis fugam iniit. Haec audiens Landgravius necessitate coactus, dato filio suo et aliis obsidibus, se suaque omnia iuxta coenobium Vchterebishusen in festo S. Lampreti dedidit. Isdem fere verbis rem narrat Gotefridus Monachus apud Marquardum Freherum.

C<sub>I</sub>CCVIII.

Philippo rege interfecto, Salfeldiam sub potestatem Landgraf. Thuringiae denuo venisse probabile est.

C<sub>I</sub>CCXII.

Aedes primaria, a Joanne baptista cognominata, quae, quo anno aedificari coepit, minus constat, instaurata est. Libius in Salfeldiographia.

C<sub>I</sub>CCXXVIII.

cl<sup>o</sup>CCXXVIII.

Paroecia Grabensis per Sigefridum Archiepiscopum Moguntinum arctiori vinculo cum monasterio S. Benedicti coniuncta est. v. Struv. P. II. des Hist. und Polit. Archiv. p. 69.

cl<sup>o</sup>CCXXX.

Salfeldia sub ditionem Comitum Schwarzburgicorum cecidisse dicitur v. Heydenreich. Hist. dom. Schwarzburg p. 37.

cl<sup>o</sup>CCLII.

Heinricus Abbas Nobili de Sonneberg vendidit pagos Lind, Malmerz, Weydhausen, Siberschnitz, Hoffsteden, Klein-Garnfahde, Sirvigesdorf. Praeter alios fuerunt testes Guntherus et Heinricus Comites Schwarzburgici v. Tom. III. Diplomatar. Schoettgenii et Kreyfigii. p. 635.

cl<sup>o</sup>CCLIV.

Condita est aedicula S. Martini in suburbio. Lib. in Salfeld.

Eod. anno Abbas cum suis praedia Hoffstadiana cum Burchelbergicis, quae monasterio Sonnefeldensi donata fuerant, commutauit. v. T. III. Dipl. Schoettg. et K. p. 638.

cl<sup>o</sup>CCLXVII.

Guntherus Comes Schwarzburgicus collegium instituit Salfeldiae virginum Deo deuotarum, quae tamen paulo post, exorta cum Franciscanis discordia, Ilmenam migrarunt. v. Falckenst. in Chron. Thuring. p. 1193.

cl<sup>o</sup>CCLXXVI.

Nobilis quidam de Scutz cum vxore Giesla, et curia, quam inhabitauerunt, ob merita in homines religiosos (fratres minores vocant) a Gunthero et Heinrico, Comitibus Schwarzburgicis pronunciantur immunes. v. Struv. P. II. des Hist. und P. Arch. p. 76.

cl<sup>o</sup>CCXC.

Arx Sorabica a latronibus, quoquo versus omnia infestantibus,

B

tibus,

tibus, occupata, iussu Rudolphi Imperatoris, ab Erfordiensibus diruta est. Lib. in Salfeldiogr.

cl<sup>o</sup>CCCI.

Otto Abbas Heinrico Comiti Schwarzburgico, in cuius aere fuit, pensionibus quibusdam annuis ex praediis emphyteuticis cessit. Id. au&t.

cl<sup>o</sup>CCCXXVIII.

Praefectus Ordinis Teutonici cuncta quae Salfeldiae possedit bona Gunthero Comiti Schwarzb. vendidit, ibid.

Eod. anno Comites Schwarzb. fidem senatui dederunt, fore, vt in posterum ab immunitate ciuibus danda abstineant. v. Struv. l. c. p. 61.

cl<sup>o</sup>CCCXLV.

Monasterii S. Benedicti patrocinium (aduocatia vulgo appellatur) ad Marchiones Misenenses translatum est. ibid. p. 59.

cl<sup>o</sup>CCCL.

Aliquandiu Poesneccium in potestate Comitum Schwarzburgiorum fuit. Certe hoc anno dissidia, inter Guntherum et Abbatem Salfeldensem, de domibus quibusdam vestigalibus, extra portam Godewinensem sitis, composita fuisse commemorantur in MScr.

Eod. anno ius cedendi numos Abbas ad senatum translisse dicitur. Lib. in Salf.

cl<sup>o</sup>CCCLV.

Friderico Strenuo monasterii S. Benedicti tradita est tutela, vt ex hisce litteris apparet: *Wir Friedrich von Gotts Graden Landgrafe zu Doringen, Marggrafe zu Meysen, In dem Osterlande und zu Landisberg, Grafe zu Orlamunde, vnd Herr des Landes zu plissen, Bekennen öffentlich an diesem geinverigen Briefe fur uns vnde unser Erben, vnd thun kühnt allen den, die in seben, hören oder lesen, Das wir unsern lieben andechtigen den Abt zu Salveldt, und sein Gottshaus, bey allen ehren, ganden, freybeitten, und rechten, die sie von Alder gehabt haben,füllen und vervollen*

len lassen bleiben, vnd sie vßtiglich dabey behalten vnd schützen, schirmen vnd vortheiligen von unsrern furstlichen gnaden, doch also das sie uns underthenig vnd gehorsam seyn, vnd sich an unsrer Erben halten, vnde uns gevparren sul- len, vnde keynem andern Herren ohne Geuerde. Mit Urkunde ditzselben briues den wvir mit unsrern furstlichen Insiegel vorstehende habbin gegeben zu Gotha, Nach Christi geburt Dreyzehn hundert Jar darnach in dem funf vnd sunfzichsten Jar, an dem Freytag vor dem Sonntage als man singet Vocem Jucunditatis.

cl<sup>o</sup>CCCLXIII.

Comites Schwarzburgici suburbiorum incolas in posterum eodem cum ciuibus iure voluerunt vti, iisque non amplius sibi, sed senatu tributa pendenda edixerunt. Struv. p. 61.

cl<sup>o</sup>CCCLXIV.

Aedicula in qua Judaei sacris operati fuerant, a Comite Schwarzburgico, ciuicuidam vendita est. Lib. in Salfeld p. II. C. X.

cl<sup>o</sup>CCCLXXI.

Ludouicus Abbas a Comitibus Schwarburgicis pago Garmansdorf donatus est. Libius ibidem.

cl<sup>o</sup>CCCLXXXV.

Idem Abbas cum suis pagum Radewitz (hodie Reschwitz) cum pago Catharinau, qui adhuc sub ditione Comitum Schwarburgicorum fuerat, commutauit. v. Struv. p. 111.

Vtrumque pagum ab Abbe venditum esse perperam tradid Schamelius, qui oscitanter Struuium legisse videtur. In description. monast. S. Bened. p. 172.

cl<sup>o</sup>CCCLXXXVIII.

Otto Comes Orlamundanus, accepto pago Zopeta superiori a Ludouico Abbe, contra dedit Geschwendam maiorem; verba cessionis haec sunt: *Wir Otto von Gotts gnaden Graue von Orlamunde und Herr zu Lauenstein — bekennen — dass wvir in dem Dorfe zu deme Geschvvnde keinerley recht gerichte noch gevobnhet*

Zinse noch bethe frone noch fleischkauf Tanz noch keinerley Dienst vorbass  
mebr sollen da haben; Ausgeschlossen das gerichte über Hals und Hand.  
etc. M.S.

cl<sup>o</sup>CCCLXXXIX.

Salfeldiam de Heinreico, atque Gunthero Comitibus  
Schwarzburgicis emerunt Fridericus, Wilhelmus et Geor-  
gius. v. Addend. ad Annal. Veterocellenses ap. Mencken P. II.  
p. 2184.

cl<sup>o</sup>CCCCX.

In locum Wittichii defuncti Abbatis, successit Heinricus  
de Wrechhausen, qui quarto decimo anno sequentis seculi  
concilio Constantiensi interfuit. Lib. in Salf.

cl<sup>o</sup>CCCCXXIV.

Lites inter Lutoldum Abbatem et ciues de coquenda di-  
vendendaque cereuissa exortae per Wilhelnum Thuringiae  
Landgrafium compositae sunt. Struv. l. c. p. 52.

Rem eodem anno retractauit Fridericus Wilhelmi frater.

cl<sup>o</sup>CCCCXXVI.

De sylua Lehestenensi inter Episcopum Herbip. et Lutol-  
dum, quem modo diximus, exorta discordia sublata est. Lib.  
P. II. cap. X.

cl<sup>o</sup>CCCCXXXI.

Ludouicus Hassiae Landgrafius fidem dedit ciuibus, si sibi  
aliquando, ex pactione cum Saxoniae ducibus inita, Salfeldia  
haereditate obueniret, se ciuitatis iura nequaquam esse dimi-  
nuturum. Struv. p. 78.

cl<sup>o</sup>CCCCXXXIX.

Nobilis de Buchenau Proepiscopus a Theodorico Archi-  
episcopo Moguntinensi delegatus sacra nonnulla instituta rata  
habet; in primis vero aedis Ioanneaearam Mariae virginis, Bar-  
barae, Bartholomaeo, nec non Catharinae, Matthæo et An-  
dreæ dicat atque consecrat. Lib. P. II, C. I.

cl<sup>o</sup>CCCCXLIV.

## c:oCCCCXLIV.

Fridericus Placidus Senatus Salfeldiensis, in partitione regionum, Thuringiam obtigisse Wilhelmo, adeoque ciues non amplius sibi, sed fratri esse subiectos significauit. Struv. p. 77.

## c:oCCCCXLVI.

Nonnulli incolarum societatem a corpore Christi appellatam inierunt, quam et Eugenius Pontif. max. approbavit atque confirmauit Lib. Salfeld.

Eod. anno cum Conradus de Pappenheim a ruricolis quibusdam Heinrico Abbatii obnoxios tributa exegisset, ab utroque rem diiudicaturi arbitri dati sunt, inter quos Deckerus fuit Goeliciensium parochus, (Pfarr zw Goels.)

Cellae et Coburgi Praepositos fuisse constat; Cellae hoc munere functi sunt Heinricus Morring anno 1410. Ioannes Knebel 1415. Georg Metzsch 1498. Grabensi paroeciae praefuit 1410. Nobilis de Plawen; Croelsen 1485 Joannes Vbel. MSc.

## c:oCCCCXLIX.

Monasterium Nudipedum ex mercatu inferiarum (Seelen-messen) incrementa cepit. Struv. p. 72.

## c:oCCCCLXVIII.

Ioannes Mackeldey parochus apud Schadenses cum fratre bona quedam Schwarzae sub clientela Abbatis Salfeld. posita, ratione fiduciaria, i. e. ita, ut suo tempore eodem pretio redimere ea posset, vendidit. MSc.

## c:oCCCCLXIII.

Wilhelmus Dux Saxoniae, litteris ad senatum datis, nuptias cum Brandensteinia celebrandas significauit, iisque vnum ex senatorio ordine interesse iussit hisce verbis: *Lieben Getreuen — Hierum begebren wvir an eueb, ihr wvollet uf Dienstag nach unser lieben Frauen Tag Visitationis an uns einen eures Raths Kumpen gen Wymar schicken, darnach uf Mittwochen dabey zu sin, daran ibut iibr uns funderlich Gefallen, begerende des vvere Antwort. Gebin zu Wymar.* v. Struv. p. 82.

Decorarint sua praesentia nuptias Ernestus, (quem Fabricius in Orig. L. VII. p. 732. per prolepsin, Electorem appellat,) Wilhelmus Brunsvicensis, et Henricus Hesus.

c<sup>o</sup> CCCCLXXXII.

Mortuus est Vinariae Wilhelmus; vnde sequenti anno Catharina, eius vidua, Salfeldiae consedit, et exortis cum Abbatे dissidiis singularem erga se experta est Ernesti Electoris benevolentiam. Id, auct. p. 87.

c<sup>o</sup> CCCCLXXXIII.

Gregorius Abbas duo florenorum millia mutua dedit Heinrico Comiti Rutheno, qui fundos quosdam emphyteuticos oppigneravit. Hunc ipsum audire non iniucundum erit: *Wir Heinrich Herre zw Gera und Schlevvitz — bekennen, das vvir — auf einen vviderkauf verkauft haben dem Ehrvvurdigen In Gott Vater, Herrn Gregorien, Abten zu Salfeldt vnsern lieben Herrn und Geuatttern — hundert Gülden reynisch lberlichen Zins — auf unsrer Stadt Schlevvitz, und haben ihm solch Zins geben fur zvvey tausend reynisch Gülden, die sein Ernvvirdickeit uns nützlich unnd vvol zu danck vergnuget und betzalt — Vnd des zu mehrer Sicherheit haben vvir die Ersamen — Burgermeister unnd Rath der Stadt Schlevvitz mit obgedachten Zinsen also anvnsern Abkäufer gevveist Vnd vvir mit Nabmen — Burgermeister und Ratsmanne — haben selbst schuldiglichen geredt und gelobt folch Summe — zu bezahlen. Msc.*

c<sup>o</sup> VIII.

Abbas Georgius duo millia florenorum mutua dedit Burggrafo de Dony, quibus hic filiam suam, Wolfgango Comiti Gleichenſi nubendam, dotauit. Cum vero Fridericus Elec-tor, Burggrafo, quem dixi, sex florenorum millia deberet, Senatum Zuiccauensem delegauit, vt quotannis de duobus illicis millibus Abbati usuras penderet. ex Msc. cfr. et Sagittarii Hist. Comit. Gleichenſ. p. 290.

Comes iste Gleichenſis, in extrema vita Salfeldiae commoratus, in aede prope monasterium Nudipedum sepultus est.

Quae

Quae hactenus scripta sunt, in gratiam eorum collegimus,  
qui patriae etiam in eo praestare solent pietatem, ut non  
omnino scire negligant, quid et superioribus seculis in ea acci-  
derit. Quibus si studium nostrum probari viderimus, filum,  
nunc ex manu dimissum, alio tempore ad finem deducemus, et  
ad ERNESTI FRIDERICI SAXONIAE DVCIS SERENIS-  
SIMI, PATRISQVE PATRIAEC INDVLGENTISSIMI, cuius  
auspiciis nobis viuere contigit, tempora ascendemus.

Iam vero INSPECTORES EXCELLENTISSIMOS SPE-  
CTATISSIMOSQVE, PATRONOS atque FAUTORES, qua-  
par est obseruantia rogamus, vt ad solennem scholae lustratio-  
nem, et audiendas V. orationes frequentes accedere velint.

Dicent A. D. IX. Maii Hor. II. sequenti ordine

**I. ADAM PHILIPPVS GRAEF,** Schmidefeld.

*De regnis repentinis.*

**II. FRIDERICVS GOTTL OB SCHREI-  
BER,** Marckgoelic. *De adminiculis, quibus magna  
imperia adauita sunt.*

**III. IOANNES MATTHIAS WILHELM  
MVS WINDORF,** Salfeld. *De prouidentia diuina  
circa magna imperia.*

**IV. ADOLPHVS MAGNVS WACHS-  
MUTH,** Salfeld. *De moribus Fabii Maximi.*

**V. IOANNES FRIDERICVS GEORGIVS  
FALCO,** Graefenthal. *De Fabio Maximo, Alejandro  
Magno maior; hic et IV. superioribus, abitum hinc  
parantibus, bona quaque ominabitur.*

Dab. Salf. A.D. III. Maii cccclxx,

Con-

# Conspectus Lectionum.

A. D. VIII. MAII. Hora IX.

- I. Cantic. Von GOT will ich nicht lassen.
- II. Theol. I. et II.
- III. Lat. I.
- IV. Lat. II.
- V. Histor. I. et II.
- VI. Lat. III.
- VII. Graec. III.
- VIII. Cant. Lass mich dein seyn und bleiben.

Hor. II.

- I. Herr IESU Gnadensonne,
- II. Theol. III.
- III. Graec. II.
- IV. Hebr. I. et II.
- V. Graec. I.
- VI. Histor. I.
- VII. Mein Herz sey GOTtes Lobethal.



Pon Yd 5392, QK  
(1/3)

ULB Halle  
002 698 501

3




Sl

✓D18







B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Green

Cyan

Blue

BILIA

M

IVITATIS

T

ES V.

II

s

SSIMOS

SIMOS

ORES

NOS

RES

LOCHMAN

R

VIEDEMANIANIS

2

Yd  
5392

H. Schmitz. Januari.